Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

estis. Qui dixerunt, Iohannis baptismatis. Dixit autem paulus:
Iohannis baptisma autem baptisma penitentie: popu
lum dicens. In eum qui venturus esset post ipsum ut
crederent. hoc est in christum, his auditis baptizati sunt
in nomine domini ihu. Et cum posuisset illis manum paulus:
venit spiritus sanctus super eos: loquebantur linguis: prophe
tabant. Erant autem omnes, fere duodecim. Introgres
sus autem synagogam cum fiducia loquebatur per
menses: disputans: suadens de regno dei. Cum autem
quidam indurarentur: non crederent. Maledicen
tes viam domini coram multitudine: discedens abeis segre
gauit discipulos. Cotidie disputans in scola tyranni. hoc autem factum est per biennium. Ita ut omnes qui
habitabant in asia audirent verbum dei iudei
atque gentiles. Virtutes quoque non modicas faciebat deus
per manus pauli. Ita ut etiam super languidos
deferrentur a corpore eius sudaria uel simicinia.
Et recedebant abeis languores: et spiritus nequam
egrediebantur. Tentauerunt autem quidam: de cir
cumeuntibus iudeis exorcistis. Inuocare super
eos qui habebant spiritus malos nomen domini ihu. Dicentes
adiuro uos per iesum quem paulus predicat. Erant
autem quidam sceue iudei principis sacerdotum
septem filii hoc qui faciebant. Respondens autem spiritus ne
quam dixit eis. Ihm noui: et paulum scio: uos autem qui
estis. Et insiliens homo in eos. In quo erat demoni
um pessimum: et dominatus ambobus inualuit contra
eos. Ita ut nudi: et uulnerati effugerent de do
mo illa. hoc autem notum factum est omnibus iudeis atque
gentibus qui habitabant ephesi. Et cecidit timor
super omnes illos: et magnificabatur nomen domini ihu.
Multique credentium uenebant confitentes
et adnuntiantes actus suos. Multi autem ex his qui
fuerant curiosa sectati contulerunt libros: et combusserunt

a abhora quarta usque adhora decima.

cui da

VIIII.

nescio.